

et gravidam reddidit. Decretum est, ut, quamvis nupta esse non potuerit legitimo viro, desponsatam tamen fratri^b habere non possit: sed mechus et mecha fornicationis quidem vindictam sustineant, licita vero¹ eis coniugia non negentur.

(13) Item interrogatum fuit, si quis cum filia materterę suę vel avunculi, amiteę vel patris^{a.2} concubuerit, si coniugatus fuerit, non liceat^{b.3} illi alterius^{c.4} uti coniugio, aut non coniugato uxorem accipere. Iustum esset, ac sic^d aliqua priorum statuta habentur, ut in perpetuum a coniugio tales ab(s)¶tineant⁵. Visum est humanę fragilitatis intuitu, ut post penitentiam non^e quidem penitus priventur coniugio, dirissime autem^f tam inmanis fornicatio vindicetur, sicut sanctus papa Nicholaus et alii Romani pontifices statuerunt, ne forte desperata conscientia multiplicius peccent.

(14) In lectum mariti absente uxore soror uxoris ivit^a. Quam ille uxorem suam putans, dormivit cum ea. Super hoc visum est, si ipse per securitatem veram hoc probaverit, quod inscius hoc scelus fecerit^b, penitentiam quidem, quę sibi iudicata^c fuerit, agat, legitimum vero^d suum coniugium habere permittatur. Illam autem oportere^e digna vindicta affligi et in eternum coniugio privari, nisi post dignissimam penitentiam indulgentiam forte meruerit^{f.6}.

(15) Quidam stupravit aliquam mulierem^a, postea filius eius^b nesciens patris factum stupravit eandem. Quod cum pater rescisset, de se filioque confessus est. Statuerunt melius esse, ut taliter lapsis cum digna penitentia legitima permittantur coniugia, quam fortasse^c deterius delinquant. Cum fornicatrice^d autem illa agendum gravius^e.

(16) Si quis cum duabus sororibus fuerit fornicatus^a, ¶ et soror sororem ab eodem antea stupratam nescierit, vel si ipse sororem eius, quam antea stupravit, non intellexerit: si digne penituerint et se continere non valuerint, post annos vii coniugia illis non negentur. Si autem non ignoraverint^b, ad finem

- 1) vero *ins. C*². 2) *patrui scr.* 3) *liceatne scr.* 4) *ulterius scr.*
5) ab¶tineant *C*. 6) nisi . . . meruerit *del.*

12 (Burch. 17, 49). — b) *frater ins.* 13 (Reg. 2, 206). —
a) *patris — patrui.* b) non liceat — *liceatne.* c) *alterius —*
ulterius. d) *ac sic — sicut.* e) *non — om.* f) *dirissime autem*
— durissime tamen. 14 (Reg. 2, 207). — a) *uxoris ivit — ivit uxoris.*
b) *hoc scelus fecerit — fecerit hoc scelus.* c) *iudicata — indicata.*
d) *vero — om.* e) *autem oportere — om.* f) *nisi . . . meruerit — om.*
15 (Reg. 2, 208). — a) *stupravit aliquam mulierem — fornicatus est cum*
aliqua muliere. b) *eius — om.* c) *fortasse — forte.* d) *fornicatrice*
— fornicaria. e) *agendum gravius — gravius agendum.* 16 (Reg.
2, 209). — a) *fuerit fornicatus — fornicatus fuerit.* b) *ignoraverint*
— ignoraverunt.